

*tentes, voce submissa, sed intelligibili Celebrans dicit : Si iniquitates deinde alternatim cum Choro Psalm. De profundis et in fine Requiem æternam dona eis Domine et repetita Antiph. Si iniquitates observaveris Domine : Domine, quis sustinebit ? subjungit :*

Kyrie eleison. Christe eleison.

Kyrie eleison. Pater noster *secreto*.

v. *Deus*, ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

v. A porta inferi.

R. Erue Domine animas eorum.

v. Requiescant in pace.

R. Amen.

v. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

v. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

#### OREMUS

Fidelium, Deus, omnium conditor et redemptor : animabus famulorum, famularumque tuarum, remissionem cunctorum tribue peccatorum ; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur : Qui vivis et regnas in sæcula sæculorum.

R. Amen.

v. Requiem æternam dona eis Domine.

R. Et lux perpetua luceat eis.

v. Requiescant in pace.

R. Amen.

Telles sont les prières que le célébrant doit toujours dire en revenant à la sacristie, soit en partant du cimetière, soit après l'absoute chantée en l'absence du corps. Le seul cas où l'on doit revenir en silence est le jour de la Commémoration des défunts ou tout autre jour où l'on aura chanté l'absoute pour tous les défunts, comme le 2 novembre. J. S.

#### AUX PRIÈRES

M. F. Décarie, décédé à Notre-Dame-de-Grâce.